

26

CTORES PARIETARII in veteri Inſcriptione apud Reineſ. Cl. XI. 112. quam iterum dedit Sponius Miſcellan. Sect. VI. p. 233. Edit. Lugdun. De his diſſerit Pancirol. de Corporibus Artificum n. IX.

MAGISTRI VICI. Scilicet vici illius, in quo Porticum ſua pecunia refecerunt. Ti. Claudio. Cn. Calpurnio Piſone Coſſ. ab anno U. C. DCCXLVII. ab Auguſto Magiſtri vicorum inſtituti fuerunt. Sveton. in Aug. cap. 30. *Spatium Urbis in Regiones, vicoſque diwiſit, inſtituitque, ut illas annui Magiſtratus ſortito tuerentur, hos Magiſtri e plebe cuiuſque vicinia electi.* Dio lib. LV. *Magiſtri vicorum ex plebe conſtituti ſunt, quos Stenoparcos dicimus.* Quod patet & ex antiquis Inſcriptionibus apud Grut. p. LXXIX. 5. & Fabrett. de Column. Trajan. Cap. IX. p. 273. ut idem Fabrettus oſtendit Inſcript. Domeſt. Cap. II. pag. 103. Horum munus vicos tueri, & Compitalitiis praefſe, quae *praetextati faciebant* teſte Aſconio in Ciceronem . . . V. not. CXXXII. ubi doctiſſimi Antonii Franciſci Gorii Commentationem dabimus.

X I I.

Inſcriptionem hanc ad Pontem Ifauri ſtetiſſe integram eo pacto, quo illam edidimus, omnes Lapidum Piſaurenſium Collectiones tradunt. Verum ea, quae ab hinc annis ſeptuaginta a Dominico de Abatibus Oliverio Patruo magno meo concinnata eſt, tradit lapidem praetereuntium curruum rotis non mediocriter exefum, legiq; ſolum

. . . LAMINIVS

. . . VA PECVNIA.

Addit inſuper haud exigua ejus partem terra obrutam, dum via publico Decreto iſtaurarentur. Torum deinde lapidem occultatum fuiſſe, non dubito, in altera recentiori viarum reparatione, quum congeſtis ibi maceris altior via facta eſt. Deſt Inſcriptio in Collectione M. Antonii Gozzei.

C. FLAMINIVS. An C. Flaminius, qui Pontem, quo Ifaurum premimus, ſua pecunia aedificavit, fuerit is, qui Cenſor viam Flaminiam ſtravit, quis neget, aut quis affirmet? Equidem C. Cenſor ille, qui viam non ſuis, ſed Reipublicae ſum-